


Johannes-Franciscus Arnoud colligavit

C. TIBURTII DEXTRI MEMORABILIA

liber V

Medeæ Carmen

HIC FORTITER
CONGLUTINA



Etenim carissimæ Vetiliae in hunc hominem incidisse inuideo. Quinquaginta annis iuniores fieri, finge animis!

– Cum uiginti duo tantum, inquit C. Dexter, annos nata sis, in te uim eius potionis non fingere decet, nam corpus animaque tanta iuuentute redeunte commota nescirent quo fugerent.

– Quam stultus, inquit Paulina cachinnans, aliquando uideris. Non audeo de hoc cum Vetilia loqui, nam magi arcana obtinere cupiet. Quoniam autem illa multum uteris, num ab illa potionis compositionem subripere potes? Scio enim quantum res latentes detegere ac iudicii intellegentis esse possis.





– At, inquit Dexter, cur a Vibiano id non exquiris. Is enim haruspex Clusinus cum Vetilia adsidue est, nisi fallor. Heri is, cum Pardalas artem suam demonstrabat, feruidos ad illam oculos adiiciebat. Nonne equus Troianus tibi apud Vetiliam esse potest?

– A Vibiano exquiram? inquit Paulina.

Johannes-Franciscus Arnoud colligavit

C. TIBURTII DEXTRI MEMORABILIA

A SCRIBA STOLONE SCRIPTA



Medeæ Carmen

Feruebat domus, ante diem sextum Kalendas Februarias, qui Saturni dies erat, nam erus a sorore Valeriana uocatus erat ut sacris domesticis interesset qui dies lustricus filii erat, quo maritus T. Marius Quintilianus abhinc nouem dies auctus. Qua lepida uocatione C. Dexter magnopere letatus erat atque quasi pater fuisset se tam feruido animo ostendebat. Ego uero illum immoderate se gerere putabam neque quemadmodum is ageret si forte pater fieret excogitare

nobis Venus, hinc autem est nomen amoris" et demens factus Tityos ipse uoltres inuocauisset. Corporis forma curis ac uestitu refota. Etenim palliæ sinus corporis orbes illustrabant et ad uenustatem eius gustandam adliciebant. Faciem moderatis curis commendebat et accendentibus cupidinem unguentis bene redolebat.

Umerum dextrum nudabat ut imae ceruices cincinno deuolente praestrictæ pluris probarentur. Pretiosas gemmas et auribus margaritam et auratum exileque circum fauces monile imaginem ectypam sustinens et eburneam aureamque armillam circum dextram manum gerebat. Sed, sicut multae formosae puellæ solent, ne senesceret plus aequo timebat.

Itaque magia Pardalæ ualde commota est et cum C. Dextro colloqui cupiebat.

– Quid rogam, inquit Nonnia Paulina eius osculum accipiens, certe admirationem tuam commouebit, sed ardeo quibus rebus potio magica Pardalæ commixta sit noscere.

sui esset, statim ad loculamenta amplæ bibliotheçæ contendit et, dum codicem aperit, atriensis illi se appropinquauit cui dixit C. Tiburtium exedrio Diana eam recepturum. Ego uero ut a Myrrina discederem coactus sum et inuitus in exedrium adiui. Cum autem Paulinæ uestigia sequens in exedrium introirem, C. Dextrum in cubili sedentem adspexi qui in miram puellam oculos nudatores iniiciebat. Quæ Paulina, edepol, formosissima erat et, quoad pulchritudinem mulierum æstimare possum, Vetilia amicæ longe excellebat.

Tenera mulier erat, uiginti duo fere annos nata, tam congruenti forma quam Veneris Praxitelæ, agilis ingrediens, emendata et ouata facie, oculis bene distantibus ac late patentibus, quibus bene arcuata supercilia imminebant, directis breuibusque naribus, exilibus labris, coma in nodum doctum torta et fulua.

Corpore postremo erat ad animi motus ciendos, cui omnes dicerent: "Hæc est

audebam. Si forte, mercule! utinam enim aliquando uxorem ducere in animo habuisset. Quod ille curare non uidebatur, immo etiam cuidam felicitati, quam cælebs uita adferret, diligenter consulebat. Nihil, ut Horatius poeta cecinit, melius cælibe uita.

Qua ab re non alienum esse puto, quamquam Iuno Veneri minime congruit, animaduertere quem ad modum C. Dexter ab sese mentis adfectus, sicut amorem, dimouerit. Amor enim ei uidebatur appetitus cuius ignes et errores non usui essent nisi ut consentaneam cum ratione mentem disturbarent. Inde animi subtiliora non possunt incoluia esse. Itaque id auerruncabat sicut uitabat ne togæ structuram destrueret. At tamen quodam studio uel caritate solius acceptissimi, adulescentis Erotis, adficiabatur.

Sed noster Lucretius:

Nec Veneris fructu caret is qui uitat amorem.

Quod si forte eueniebat ut naturæ

uersatus est, non prodest eum suis artibus remouere, quibus autem, quod speratu optimum est, beneficio omnium utitur, sed imprimis animum adtendere et firmo iudicio acta percensere opus est. Herodianus enim, ut nobis dixit, in credulis hominibus deludendis rem querit. Qui autem creduli sua sponte ad eum uenerunt et ita in eis rebus, quæ dicuntur, credunt, ut ex re hic lucrum faciat, illi uoluptatem capiant. Postremo omnia se bene habent, dum modo eis noceri non possint. Sed ubi primum isti magi se alios fraudare obliuiscuntur et modum transire cupiunt et, ut puta, credulitate utuntur ut potentiam ac potestatem obtineant, tum, Hercule, rei finem adferre debemus. Æstimaui artem Herodiani Pardalæque uelut, quod enim est, sollertia, in qua tamen delectamenta carpsi. Sed cum magus, dum se numinibus inferis imperare iactat et inde studet ut familiares meos terreat et commenticiam sed periculosam uim sibi tribuat, extra modum iuit, statim ut ei aduersarer me interposui.

tempore, quædam nutrix in manibus dormientem pusionem gestans atrium intrauit. Ego uero hinc effugere cordi mihi erat et intimis suis dominum permittere, quia cæremoniis commotior factus haud facile lacrimas uel risus continebam. Itaque censui ut in uestibulum redirem eri exspectandi causa, quo in loco adulescentem decem septem ferme annos natum togatumque uidi et cui salutem dixi. Oris delineamentis coniiciebam eum seni baculo buxeo innixo agnatum esse.

— Mihi, inquit, nomen est Vibius Auienus et una cum auo meo L. Vibio Honorato adueni.

— Simillimus, inquam superbiens quod coniectoram Tiburtianam feceram, es aui tui. Quintilianine agnati estis?

— Minime! inquit, Volsinienses sumus. Auus ex clientibus Quintiliani est eumque ad rem antiquissimam perpendendam inuisit ac forte euenit ut his lustricis sacris interesset.

— Remne, inquam, antiquissimam?

cederet, id breui ac furtim cum ancillis faciebat.

Cum Dextri soror, Valeriana, in colle Esquiliarum, in Cliuo Suburano uiueret, nobis quadrans horæ fuit qui pedibus ad illam ueniremus atque, dum eo peruenimus, eis, qui a nouis parentibus uocati erant et quoque sollemnibus interfuturi, salutem diximus. In atrio Sextus Quintiliani minor natu frater aderat ac Volcacia mater eorum iamque canescens dignissima matrona et P. Cornelius Saecularis Valerianæ dominique familiaris, ille qui claram Venerem Microcephalam possidebat, cui recens uxor, Heluia Faustina, se adiungebat, tenera certe ætate sed illepida iamque prægnans, atque etiam incuruus senex mitibus sed rugosis lineamentis ac baculo buxeo, cuius ansa eburnea erat, nisus, qui circiter septuaginta quinque annos natus erat, quem non noueram.

Quamuis pallida Valeriana in cathedra sederet, laetata est quod fratrem aspexerat qui ei obuiam iuit ac tenere amplexus est. Eodem

Quod si modum transierint, semper eis obuiam ibo.

Erus tum nesciebat res ueris tam congruentes dixisse, quoniam multum aberat ut ego res quo current præsagirem. Te uero, beneuole lector, rogo ut nunc hoc uolumen deponas et ad aliud transeas nisi improborum terribiles ac crudeles mores pati possis. Nam ea quæ sequentur tam atrocia erunt, quam sine horrore non referam, etiam si inter diem hodiernum et has res gestas duo et quadraginta interfuerent anni.

Postridie quam Pardalan inuisimus, tota familia quotidiana matutinaque officia operasque obibat et dominus optimo in omnes animo erat et ego, blando Myrrinæ amore amplectus, ad beatam, quietam tranquillamque tantum ætatem tendebam, cum Heraclio atriensis C. Dextrum certiore fecit mulierem iuuenem salutationi admitti uelle.

Nonniam Paulinam in atrio exspectantem cognoueram et, cum impatiens

— Ita est, inquit, sed plura non dicam, nam linguam contineo. Quod si plus scire uis, ex auo amplius percontare!

Post simplex prandium quod cærimoniae finem fecit, cum in uia erum sequerem, cupidine plus sciendi titillabar. Silens C. Dexter sollicitus mihi uidebatur quem interrogare flagrabam.

— Domine, inquam, scisne quis senex baculo buxeo nisus fuerit? Ego eum repperi.

— Bone Stolo, inquit, te peritiorem fieri sentio. Paulatim probus discipulus fis. Agedum, mihi dic quid reppereris.

— Senex, inquam, Quintiliani cliens cui nomen L. Vibius Honoratus est et ad antiquissimam rem perpendendam uenit.

— Antiquissimamne, inquit, ad rem perpendendam?

— Antiquissimam, inquam, sed plura non dicam...

— Nam, inquit, linguam contines...

— Minime domine, inquam, plus nescio...

captum uidi, cum uirgula reuiruit, postquam magus eam in potionem feruentem immerserat.

— Qua re, inquam, mihi id dic? Visne significare Pardalan uirgulam uirentem et gemmatam non reddidisse?

— Quid iam dixi? inquit C. Tiburtius. Bone Stolo, par tibi manes. Nonne intellegis hanc magiam eiusdem farinæ unius esse? Pardalas enim credulitate omnium abutitur. Tam Pardalas quam Herodianus et omnes eorum æquales. Nihil quod dicunt uerum est, omnia fallacia. Artificium, quod Herodianus conatus est nobis præsentibus conficere, sollertia et spectantium animaduersionis sopiendæ arte sua partum erat, nec quidquam aliud. Isti enim rem querunt imbecilitate et credulitate et stultitia hominum.

— Sed, inquam, si bene intellego, simulasti quasi de Pardalæ cælesti ui tibi persuasum esset. Qua re?

— Siquis, inquit C. Dexter, in disciplina, in qualicumque artificio, ingeniose

Cum autem domum iter faceremus et lecticam, in qua C. Tiburtius recumbebat, pedibus comitarer, ironiam continere non potui.

— Mercule, inquam, ere, ut insignis coniiciendi facultas tua uesperi nituit!

— Ain tu? inquit in obseruatione mea se oblectans.

— Venia tua, inquam, certe callidior non sum, quod semper non dubitas mihi obiicere. Sed tum in nos Pardalan illusisse ego præsagiu nam certum habeo adulescentem seni substitutum neque senem iuniorem factum.

— Fac, inquit C. Dexter, æstimem quanti, mi Stolo, perspicacior factus sis. Libenter animaduerto te, cum causas rerum noueris, earum euenta accipere. Etenim magia euanuit quia, speculatore referente, Pardalan in horti casula similitudinem senis atque adulescentis curauisse sciebas sed, si causam nescis, ueras uel ueri similes magorum fallacias existimas. Nonne te miratione

— Nisi bone Stolo, inquit, plus scis, e sicco fonte hausisti. Sed, pace tua, ego inuicem tibi quæ repperi detegam. Honoratus enim ueterimus cliens familiæ Quintiliani est atque in Etruria prædium haud procul Volsiniis tenet. Venit ad patronum suum ut ab eo auxilium peteret, postquam nuntium minax et occultum acceperat. Certe mihi constat id occultum sicut fata Sibyllina, sed minax esse minus patet. At tamen senex de ea re sibi persuasum est.

— Nostin, inquam, nuntii uerba?

— Sic habeto, inquit, mi Stolo, me nihil proponere nisi id pro certo haberem. Primum Quintilianus priuatim clientem accepit, dein, sene adsentiente, me uocauit ut concilio interessem. Famam meam sciens Honoratus lætatus erat me obsecutum esse ut uerba eius audirem. Et posteaquam quis esset, unde et cur ueniret, mihi dixit, nuntium, quod heri acceperat, in sagacitatem meam produxit. Re uera, id nuntium primo diluculo infixum ianuæ inuentum erat. Cum ea uesperi pridie

stratum erat, sese subrexit et cum fumus satis discussus esset, quo clarius uidere possimus, non senem sed adulescentem eiusdem staturæ, eiusdem formæ, eiusdem comæ, qui eodem digito anulatus erat, et etiam P stigmam habentem umero sinistro inspeximus.

Coniuæ Pardalæ sponte suo clamores mirandorum pauentium, pauidorum mirantiumque una ediderunt. Præterea Paulina, dum in Vetiliam oculos defigit, paulum stridere uel liuere coepit. Omnia aspectu senex iunior quinquaginta annis factus est!

Sed iam miratione captus non fui nam, cum relationem ab exploratore factam audiuissem, præsagiebam adulescentem seni substitutum. Necesse erat inter sarcophagum imum et suggestum, in quo, postquam senex adulescensque locum permutterunt, nimirum ille latitabat, commeatus esset.

Quid erus contra faceret? Quas turbas conciret? Immo ualde obstupefactus sum

confidat.

— Profecto, inquam parum persuasus, licet sic nuntium intellegi.

— Tum ab Honorato exquisiui num solitarius homo orbus liberis esset. Senex mihi dixit se in uilla maiorum cum progenie et nepotibus suis uitam agere. Filius autem, P. Vibius Septimus, quadraginta nouem annos natus, uillam administrat et optime ualet, qui Oppiam Auienam, quadraginta quinque annos natam, uxorem duxit et liberos duos sustulit, filiam, Vibiam Oppianam, uiginti et unum annum natam, filiumque, adhuc prætextatum, decem septem annos natum, L. Vibium Auienum.

— Illum noui, inquam, quocum in uestibulo Quintiliani collocutus sum.

— Mea sententia, infit C. Dexter, satis uallatus est qui anxiō animo non sit. Sed patet hoc obscurum nuntium aliquid minarum in se habere. Non multum mihi placet id furtim, clanculum infixum esse, quasi qui fecit ne deprehenderetur timuerat. Hoc longe

clausa, cui ne res quidem ei infixa esset, ex eo sequitur ut nuntium noctu uel paulo ante cælum albens fixum sit. Quæ nuntiï uerba cognoscebam hanc sententiam obscuram legens: “*Gelida senectus calida iuuentute innititur. Hac deleta, illa periculo offertur. Si qua reliqua spes est, hanc repone omnem in Colchidis carmine.*”

— Mercule, inquam parum sollers fatorum Sibyllinorum, quid hic confusus sermo sibi uult?

— Illud tantum dicam nos hoc nuntio ad Medeam ferri, nam illa Colchis est. Qui uersus faciunt hoc uerbo utuntur ut eam designent.

— Quid tum? inquam. Cur Honoratus se in periculo esse fingit?

— De Medea, inquit, multæ fabulæ narrantur, e quibus, fortasse, is qui Honoratum terrere uidetur, commodissimam consilio suo unam exoptauit. Quid autem hoc nuntium significet? Nonne nobis dicat senectutem demptæ iuuentuti innixam periclitaturam nisi Medeæ carminibus

cum eum proclaimantem audiui:

— Sophos, mage! Veniam peto ut nuper in te inuectus sim, nam necesse est arti tuæ obsequi. Es enim magus omnium facile maximus et me merito ita admonuisti ut statim rei inmemor non essem.

Ego autem in C. Dextrum oculos molestiæ adiiciebam. Quem ad modum ille ita errare posset? Ego uero omnia intellexeram et ille, qui tamen perspicaciorem me esse solebat, sic se submittebat ut ueniam peteret se nuper incredulum fuisse. Omnia contraria in partem iuuisse et me, sicut dixerat, peritiorem opinionem factum esse! Sed seruus me interponere et fraudem denuntiare non poteram, nam statim silere iussus fuisse. Omnesque clarissimi uiri ne aliquid dicerem recusaissent et catomum tantum habuissem et fragile tergum fustibus laceratum. Constitui igitur ut tacerem et scientiam mecum haberem.

Sub noctem omnes de eius magica potestate et ui persuasi a Pardala discessere.

fallacissimum mihi esse uidetur.

Sed, dum inter nos colloquimur, repente umerum erus mihi comprehendit. Cliuo Suburano descenso, media in Subura enim aderamus qui, ut nemo nescit, perniciosissimus ac feruentissimus sordidissimusque uicorum Romanorum erat, quo in uico omnes res inueniebantur, sicut humiliores meretrices impudicique circulatores, atque perfidiosissimi quæstus habitabant... ne plura dicam, laquei uiscati quibus quiuis probus oppidanus aliquot horas Romæ agens se inuoluebat.

C. Dexter umerum meum comprenderat ut animo adessem. Ille quemdam fornicem sordido uelo obstructum mento mihi monstrauit cuius limen uiæ subest et tribus gradibus descensis adtingitur. Foribus quæpiam macricula puella, cauatis genis, uiliter cerussata facie et purpurissatis labris, adsistebat. Cognoueram captiuam coactam ut pro dupondio prostaret. Miles quidam ei obuiam adiuit et post uelum se

Magus seni imperauit ut in sarcophago corpus sterneret, qui in monumentum lapideum ex oculis euanuit. Pardalas autem uasco bullienti appropinquauit et, postquam poculum ex argento, in quo imagines horribilium dearum cælatae erant, sumpsit, id libandi causa in potionem mersit. Eodem tempore seruus taedam mago porrexit. Cum sarcophagum sulfure late circumdedisset, Pardalas ignem intulit. Statim flammæ, quæ magnum et asperum fumum differebant, sarcophagum circumcursauere atque uidimus magum in sarcophagum aliiquid potionis instillantem, dum rursus barbara carmina uoce æquabili canit:

— Obtistor te, triformis Hecate, adiutrix artis nostræ, Eulamo Abrasax Lampsamero, ut reuirescat qui in lapidem est uersus. Vita in eum redeat tamquam bullæ huius potionis feruent. Eulamo Abrasax Lampsamero. Reuirescito, cito! cito!

Tum corpus, quod in sarcophago

arida et annis politus reuiruerat, immo uero sucosa et maxime gemmata! Quas mirificas uires haec potio bulliens continet? Vetilia autem gaudio exultabat, Paulinaque animo pauore et inuidia expressa ac manifesta mixtissimo amicam suam inspiciebat. Etenim magus ille in tempore ætateque regnare uidebatur.

Cum omnes obstupefacti quasi religiose silerent, magus ad sarcophagum agili ac felino pede appropinquauit, quem ter circumiuit. Vbi primum palmas concrepuit, senex apparuit qui nudus erat, celsior, capillo breui et candido, barba nouissime praecisa atque anulum, in quo Gorgonis effigies cælata est, medico digito gerebat, praeterea omnes animaduertimus illum stigmatum. Littera enim P sinistro umero inscripta erat.

Ita oblique C. Dexter in me conspexit quasi mihi indicaret animos bis intendere, nam senex similis esset ei quem index, qui domum Pardalæ obseruauerat, nobis uerbis suis descripserat.

euanuerunt. Etiamtum inspicere potui quid C. Dexter mihi monstrauisset : tabulam, in qua titulus litteris quadratis scriptus legebatur:

**HERODIANVS MAGVS
MAXIMVS GENITVRARVM INTERPRES
COLCHÆ DISCIPLINÆ MAGISTER.**

– Ecce, inquit C. Dexter sibilans, homo utilis.

– Papæ! inquam, te, domine, talibus disciplinis studere non putauissem. Desistissesne ratione quam sicut prisci fecerunt exerces?

– Mi Stolo, inquit, rem celeriter facis! Satis constat tempora moresque per sæcula commutari. Sic uiuit, abhinc centum annos, hic mathematicus, hic Herodianus, cuius titulus legitur, ab Vrbe expulsus esset, nam maiores nostri diuinationem in religione ponebant. Hodiernis temporibus, tristibus sæculis, quæ animas hominum perturbant,

incredulus ex eis qui recusent quæ non intellegant. Iuuenis uero erras cum inferis numinibus non credas nam ubique sunt nec quidquam exspectant nisi quod cupiam ut se detegant.

– Pax! Pax! se interposuit Vetilia. Agedum, Dexter, noli nobis magum irritare! Cum uobis festiuam miramque cenam promisissem, ut stulta altercatione uitiosam faciatis non patiar. Res quibus non credas tibi serua atque permitte nos credere quibus uolumus.

– Censeo, inquit Pardalas Vetiliam interpellans, ut incredulus familiaris tuus admonitionem mereat.

Nutu magi, aulæa, quæ posticam oeci partem tegebant, lente pueri reduxerunt. Tum paruit suggestum quod a nobis quinque uel sex passus aberat, sesquipedem altum, tres passus longum duosque latum, quo in medio sarcophagus e nigro lapide disponebatur. A sinistra sarcophagi longus tripus aeneum uasculum sustinebat, sub quo ignis

Erus meus ad meretriculam, quæ ante fores redierat, adpropinquauit cui argenteum nummum dedit quæ Herodianum moneret ut ille post meridiem domum in colle Viminalem ueniret, nam se exquisitum consilium petere atque de arte, cuius nulla elementa habere, plura sciendi cupiditate motum esse.

Puella autem, quæ in Antoninianum argenteum in manu sua positum oculos defigere non desistebat, ubi primum dominus dicendi finem fecit, post uelum cito se euanuit et paulo post rediit ut Herodiani aduentum ad horam octauam confirmaret.

Hora data, magus ille cum seruo in exedrum Diana intravit. Qui Herodianus celsus et torridus Persico amictu uestiebatur, longa indica aureis astris sparsa ueste. Albam tiaram in capite ac pedibus perones ex coactis fuscis et digito medico dextræ manus gemmam fulgentem gerebat atque ei longa barba ad pectus defluebat tam candida quam capilli erant. Eius autem acuta lumina ferre

quis eorum ad hariolum non adit? Non tantum magorum copia est, sed etiam eis sunt in uico patentes quæstuosæ tabernæ. At, mi Stolo, more maiorum nutritus, momenta animi, quibus æqualium nostrorum mentes caligant, pæne ignoro, ergo hunc Herodianum uisitare magno usui, ut opinor, erit.

— Quid, domine, ais? inquam perterritus ne in sordidum fornicem introeam. Nos nostris omnibus rebus despoliabunt! Nos iugulabunt! Te quæso, obsecro, obtistor, domine, ne in istam ganeam eamus! Supremum, hercle, diem ego differam!

— Recte dicas, inquit, fortis Stolo. Misellis ex eis unus furto caracallæ et tunicæ et carbatinarum tuarum satis rem quæreret ut menses duos uel tres ageret, quamquam haud magno pretio te uestio, meditare igitur quanti lucri ueno uestium mearum facerent! At tamen nisi nobis decet, dum per eos splendorem nostrum circumducimus, istorum egestati illudere, quid obstat quominus Herodianum domum uocemus?

odoriferam aquam feruefacebat quæ e uasco ebulliebat.

Cum magus a mensa surrexisset, in suggestum progressus est, gradum ascendit, post tripodem stetit. Virgulam tenebat quam in uasco lente depositum. Tum super uasculum manus rotauit, dum barbara carmina uoce æquabili canit. Breui tempore magnam flamمام uasculum occulenter et palmis magi adludentem uidimus. Hic tum manus dimotas extulit et, dum uoluentes uapores, qui de aqua bullienti effluunt, sufflat, alta, graui, lentaque uoce dixit:

— Obtistor te, triformis Hecate, adiutrix artis nostræ, Eulamo Abrasax Lampsamero, ut reuirescat qui in lapidem est uersus. Vita in eum redeat tamquam bullæ huius potionis feruent. Eulamo Abrasax Lampsamero. Reuirescito, cito! cito!

Tum Pardalan uidimus ramum e uasco extractum dextra tenentem et tenuem et uirentem gemmisque coopertum neque oculis nostris credidimus nam uirgula modo

difficile erat, modo non sicut C. Dexter, sed magis metuenda. Dum intrat, silentium factum est.

— Adsum, inquit Herodianus domino meo, et paratus et diligens. Tibi salutem dico et bonam ualetudinem precor. Sed, dic mihi, qua de arte mea exspectatione moueris? Auidusne es, domine, futura a deis ad te destinata sciendi?

— Saluus sis, respondit C. Dexter. Adside. De futuris meis, permitte ut censem deos et astra satis in aliis rebus occupata atque adeo superbus non sum ut modo existimem cælum me floccum magni facere.

— Scin, inquit Herodianus, etiamsi contra omnium opinionem dicere uideor, multum superbiæ esse in eis qui se flocci faciunt? Nam omnium rerum pars es, itaque dei te ipsum curant.

— Atque, inquit C. Dexter subridens, uidelicet astrorum scientia, quæ mihi dei destinent, interpretari posses. Sed ut rebus, quas mihi reueles, fidem habeam, oportet

apposuere, carmina mollia ac sedata musici cecinere, præstigiatores sollertia sua nos delectauere atque, cum ne magia sua Bacchi inhalatibus tecta diceretur Pardalas recusaret, nos sobrie bibere constitueramus quo iucundius Pardalae ingenio et artibus post cenam frueremur. Disputationes de magia et mysteriis et diuinatione coniuiae ingressi atque, quamquam inter se circumfusa simplicitate collocuti sunt, modo subito ridebatur, modo sollicitudo metusque fiebat.

Praesertim cum Pardalas adseuerauit e tenebris, iussu suo, a laruis mortales excruciatos et profitebatur se numinibus inferis ac latentibus imperare, dominus uero se diutissime continere non potuit et ridere coepit.

— Ah Pardala! inquit C. Dexter, quid temptas nobis uerba dare? Te laruis imperare? Nimium ridiculum! Nonne satis habeam si laruae fuissent?

— Video, inquit magus uerbis C. Dexter attonitus, in nobis ingeniosus uir est et

aduersus Vetiliam inuidos oculos tenebat. A sinistra Vetiliæ iuuenem, quem non noueram, laute uestitum uidi. Postremo uacuæ sellæ duæ contra magum erant.

Vir laute uestitus, quem non noueram, nobis introductus est qui nobilis a paruo oppido Tusco Clusio oriundus, nomenque ei Vibianus et Vetiliæ cliens esset. Ut satis constabat omnes Tuscos miris rebus et mysteriis ualde studere, Vibianus utique archimago obuenire uoluerat, præsertim cum Clusii magister haruspicum erat.

Pardalas uero ex oriente ueniebat et magia arteque Colcha peritior factus erat. Post uiginti fere annos tirocinii, se magistrum et ex magis sollertissimum præstitit qui prouincias maxime orientis peragrabat, Arabiam, Palæstinam, Syriam, Cappadociam, Ciliciam Achiamque. Ætate proxima, cum Naxi esset, in Vetiliam incedit quæ sibi persuasit ut Romam adiret.

Deinde in triclinium cenatum transiimus. Cibos et uina in mensam pueri

concedam non modo deos eloqui sed etiam te quæ dicant intelligere. Nimis, hercle, a me incredulo postulas, immo uero et sincere censeo eos multum semet amare qui deorum astrorumque interpretes se credant.

– Illud, inquit Herodianus se proclinans, domine Tiburti, non dicam. Diuino enim non opus est amore sui sed subtili perspicientia. Evidem dei immortales, cum nobiscum aderant, nonnullos uates diuinationem docuerunt, sed magni ingenii est nuntia eorum interpretari, nam longus labor et magna constantia exigitur.

– Sic totus, inquit C. Dexter, ex arte tua factus es et adeo cupidus arguendi uideris ut incredulus non sim sed arrogans si spem tuam repellam. Mihi ipso denique de hac arte sentiendum est. Cum animus sola etiam ratione motus se tamen in circumstantem mundum immergit, scio saltem tibi opus esse qua die, quota hora, quo loco natus sim ad genesim componendam et explicandam.

– Quam artem, inquit Herodianus in

anulum medico dextrae manus digito indutum et senem denuo se parieti sed tum inter adulescentes duos adplicare. Indicem uero trium similitudines animaduertere et capillatura et statura æqualium. Cum uiri tres artius circumspicerentur, unum ex adulescentibus duobus optatum esse ut prope senem maneret. Electum autem adlescentem eundem anulum atque senis accipere, quem etiam medico manus dextræ digito indueret. Deinde ad foculum ductos, in quo ferrea uirgula orbiculata et littera P incisa caleret. Utrumque umero sinistro stigmatum.

Erus petiuit ut se apud Vetiliam comitarer et, quod oculi bini satis non essent, uigilarem. Etenim ille putabat nos coram uariis uafermis fallaciis adfuturos, in quas opus esset ut animos intenderemus.

Ego uero, dum eum audio, nequibam quin putarem dominum pericula augere. Is enim, dum uult omnia explanare, dum uult omnia ratione concludere, mihi molestum esse uidebatur. Etenim cum ad maximum

radiationis societatibus stellas inter se coniungi instituebat et post horae quadrantem orbem zodiacum, qui cum natali cœlo domini congruebat, in mensa depositus, cuius descriptionem notis et numeris expleuerat.

– Cum natus es, inquit Herodianus, horoscopus in secunda parte Libræ erat, Sol in Cancro, Luna in Leone, Saturnus in Libra, Iuppiter in Aquario, Mars in Scorpio, in quo signo domicilium habet, Venus in Virgine, quo in signo stella deiicitur, Mercurius in domicilio suo et in Geminis erat. In Medio Cœlo, quod principale geniturae locum est, Sol et Mercurius constituti sunt, quæ stellæ in genitura tua dominantur. Mercurius enim dominus geniturae est, quoniam natalis Luna in Leone erat.

Ut tibi dixi in quibus signis stellæ constituerentur, quibus in locis nunc dicam. Natali hora tua, in horoscopo, qui primus locus est, Saturnus erat, postea in tertio loco ab horoscopo, cui loco nomen Dea est, Mars erat, in quarto loco qui Imum Caelum

sede se reclinans, certis auctoribus comperisti.

— Natus sum, inquit C. Dexter, Imperatore Macrino et Aduento Oclatinio consulibus, quarto die ante Idus Iulias, abhinc uiginti et quinque annos. Nutrice auctore, in uitam ueni ineunte sexta hora et, hic, in domo Viminali, in qua nunc adsumus.

Tum magus scidam ex papyro, calamum et atramentum cepit et aliquot notas scripsit, e quibus commentarioli ope, quod ei faueus tradiderat, celerrime Chaldaicas rationes duxit ut quinque planetarum et solis lunaeque situs inter duodecim signa, quae omnia zodiacum orbem faciunt, poneret. Valde miratus sum qua celeritate, qua peritia genituram domini describeret et pro certo habui illum non unum ex mathematicis dubiis, qui genesim post multas horas incertus ipsius exitus constitueret, sed rei eruditissimum fuisse.

Herodianus enim rationes celeriter ducebat et stellas ac signorum locorumque fines certa manu inscribebat. Postea quibus

Chaldaeum, uirum uiribus eximiis præditum et ab omnibus æqualibus ante se acceptissimum, qui priscam doctrinam promulgaret, inuisuri essemus, dominus meus tamen in eo uidebat dolum, fraudem, mendacium.

Quomodo autem crederes rem, cuius fundamentum in errore positum esset, iam inde antiquitus constitisse? Quin dissentis, Mercule, solem ex oriente oriri et in occidentem occidere. Quin negas totum orbem terrarum undis oceani circumdatum!

Profecto multi creduli uariis fabellis falluntur et perpauci rebus tantum quas uident credunt, immo etiam C. Dexter ne manifestas quidem res accipit, nisi prius eas perpendit.

Cum certe ultimi ad Pardalan ueniremus, omnes, qui in orbem sedebant et inter se colloquebantur, in oeco nos expectabant. Vetiliam Romanam, dum intro, a sinistra magi, qui uestitu Persico cernebatur, animaduerti. A dextra magi Nonnia Paulina sedebat quæ magum auide intuebatur atque

appellatur Iuppiter erat, post longum intervallum stellis uacuum, in nono loco, cui nomen Deus Sol est, Mercurius erat, post in loco decimo, qui et Medium Caelum uocatur, Sol constitutus est, postremo in undecimo loco ab horoscopo, cui nomen Bonus Genius est, Luna et Venus una erant, in eodem loco sed in uariis signis.

Horoscopo in Libra posito, multa pericula et de ueris rebus certamina habuisti, habes, habebis sed in omnibus inuitus eris. Mercurius, dominus genituræ tuæ, cupientes cuncta et secreta discere et ingeniosos cordatosque animos regit atque, quoniam in domicilio suo constitutus est, dicendi artem tuam fouet et matutinus in nono loco ab horoscopo radiationibus respectus de trigonis dextro a Saturno et sinistro ab Ioue et de exagono a Luna, quæ, quamuis noua esset, sic inspiciens, beneuolens erat, uiros qui, diuinationis artes colunt, facit sed, domine, in genitura tua Mercurius etiam a Venere deiecta minaci radiatione, quod quadratum est,

scrutari iusso. Deinde is domicilium magi obseruandum curauit, quem de rebus illic actis speculatores quam sæpiissime certiorem faciebant.

C. Dexter uero comperit Pardalan structoribus paruula opera mandauisse atque quosdam uesperi inuitare et Vetiliam ipsam, quam uir iuuenis et laute uestitus adsectaretur, bis uel ter in die ad magum se conferre.

Unus ex exploratoribus Tiburtio Dextro miram rem narrauit quæ pridie eius diei acciderat. Quemdam senem et adulescentes tres cum uiris duobus domo Pardala ad casulam in horto positam ire et, ianua patenti, omnia uideri posse. Senem pedibus stare et tergum parieti adplicare iussum, deinde uirorum alterum creta lineam supra caput senis inscribere, tum tres adulescentes inuicem sub linea uenire, quarum autem e casula abire, qui magnitudine digitorum duorum modum excidebat. Postid senem sedere iussum, cui capillos promissos resecuerunt barbamque praetotondere. Tum

ad Vetiliam dictauit se lætum fore ut proximo conuenticulo ad archimagum Pardalan admittatur.

Post tres dies, dominus iuuenis mulieris conuocationem accepit quæ in tabellis scribebat se proxima æstate, cum in Græcia peregrinaretur, in Pardalan incedisse et scientia eius commotam esse. Itaque ipsam eum exhortauisse ut quam maturrime Romam ueniret qui necessariis suis ingenium præberet. Quem nundino interiecto tandem uenisse et cui domicilium in Aventino conduxisse. Ipsam uehementissime exhortari ut C. Dexter uespera eius diei eo ueniret et adseuerare eximiae ac singulari rei interfuturum.

Cum Vetilia sibi triduum dedisset ut responsum faceret, eodem dierum spatio C. Dexter, ut rem promoueret, usus erat, nam strenuæ naturæ erat. Nonnullis enim horis postquam a nobis magus Herodianus discesserat, ubi Pardalas incoleret iam inuenerat, paruulo Romulo per totam Urbem

inspiciebatur.

Ne multa dicam, hæc est genitura uiri elegantis, splendidi, magnanimi, subtilis, sollertis qui ob ingenii mobilitatem in omnes casus accommodatur neque paruæ gloriationis egenus. De pecunia autem, quamvis bonorum incuriosus uidearis, prodigus et liberalis et a rerum cura satis alienus es; ad summam, ut Saturnus in horoscopio constitutus est, uir clarissimus praediis maiorum frueris uterisque atque te certiore faciam mihi licet thema tuum in senectute indicare maiores, quibus nunc frueris, tibi possessiones fore, sed nihil obstat quin ante senectutem offenditionibus pecuniariis obuiam ineas.

— Ain tu? inquit erus meus speciem mirationis præbens. Talia, edepol, e natali caelo cernere potes? Ego uero, te amabo, mihi dic quid de coniiciendi arte mea discernatur.

— Nihil facilius, inquit mathematicus. Primo Mercurius, ut supra dixi, geniture dominus est qui in rebus mentis multum

— Mage, inquit C. Dexter, me commouisti et sollertia tuam miror, sed ratione præfiscini existimem oculos nostros esse delusos. At quoniam non clare rem uidi qua explanaretur quo modo restis partium alteram in colubram alteramque in falconem uertere potuisti, et plaudere et lætari cogor. Nihilominus censeo ut eis, qui eodem ingenio ac tuo prædicti sunt, necesse sit probissimos esse ne artificio suo perfidiose utantur.

— Arte dicendi, inquit Herodianus, actor et disciplina sua magus rem querit, nempe rem querere uniuscuiusque finis?

Quibus uerbis dictis, Herodianus ualere nos iussit. Late longeque cum circumspexi et coassamentum a periculo uacuum putavi, de sella, quo confugeram, descendи et iam resedi et dominum cubito femori imposito sinistra mentum sustinentem inspexi. C. Dexter enim oculis suis fores, per quas Herodianus profectus est, intuebatur et meditatione captus erat adeo ut absens uideretur, sed ego supputabam domini

Herodianus. Hæc disciplina uero non ad diuinationem sed ad magiam pertinet. Profecto magiæ fines a finibus diuinationis male diuiduntur et saepe duæ artes discerni non possunt. Nam uerum est etiam ambas artes interdum conuenire, sicut cum aliquis magia sopitus iubetur res uenturas praenuntiare, sed rectius dicam magiam patefacere uias miraculorum et intermundorum.

— Magna profiteris! inquit C. Dexter.

— Magia profecto, inquit Herodianus, noua res non est, qua antiquitus homines utuntur! Ea quæ prima artem initiauit maga nomine Medea erat.

— Quod dixisti, inquit C. Dexter dum in sede se reclinat, mihi maximi momenti est.

— Sapientissimi, inquit Herodianus, magi in Colchidem uenire solent ut fascinis, ueneficiis, incantamentis, carminibus studeant. Et ego multum ibi didici. Hæc uero disciplina unguentis et uaporibus fascinationeque utitur. Cum inter electissimos

ualet, deinde cum Luna in Leone constituta esset dominaque Solis in Cancro et ipsa Solem in Leone dominum habens, quae res mores elatos et te excelsissimas salutaresque, sicut uerum inquirere, res curare indicant et in undecimo loco ad prospera animos apparat.

Stella mentis Mercurius est qui caelum tuum dominat et constitutus inter Solem et Lunam in Geminis, in domicilio suo, atque in nono loco, ubi Mercurius astrologos, medicos, augures facit. Ratione profecto plurimum uales atque, quoniam Luna Soli imperat, omnes ingenium tuum admirantur. Praeterea in Geminis noni loci confines insunt, locus qui diuinandi artem significat. Radiatione Mercurii loco respecto, hic ratio regnat. Rationem conjectuae adiungis, ratione coniectas, ecce in genitura tua coniiciendi ingenium clare et ualde ostentum.

— Sollertissimus es, inquit C. Dexter dum barbulam sibi tractat. Agedum, mihi dic aliquot uerba de Colcha disciplina.

— Quæ perlibenter dicam, inquit

mentem aliqua re incitatam molestissima.

— Vereor, inquit C. Dexter mæstus, Honoratum senem ne non adeo iniuria aliquid minarum præsaguerit nuntium ianuæ infixum in se habere. Mihi plus sciendum est quam nunc scio. Herodianus monuit ut archimagum Pardalan inuiserem, quod consilium non recusabo. Quidam enim eiusmodi digni sunt ut res suas quam attentissime inspiciam. Cur Vetilia mea hunc Pardalan Romam uocauit? Iudicii est, ut opinor, me a Vetilia petere ut ad magum suum admittar.

Vetilia Romana, tamquam Nonnia Paulina familiaris quæ et æmula sua, iuuenes cælibes inter uiros clarissimos libenter ad se accipiebat qui hæc conuenticula plurimi æstimabant partim Vetiliæ animi cultu et ingenio, partim Paulinæ corporis forma et uenustate illustrata. Quod si, ut penitus dicam, C. Dexter summam mulierem finxisset, ingenium huius illius uenustate mixtum exoptauisset. Is autem mihi epistolam

magos sim, omnium magister est Pardalas, qui modo Vetiliæ Romanæ clarissimæ iuuenis mulieris arcessitu Romam uenit. Suadeo autem te illum inuisere ut eius artium certior fias.

— Vetilia Romana!, inquit C. Dexter clamans. Maxime eam noui quæ mihi cordi est, sed illam in magia curiosam nesciebam. Agedum, consilium tuum insequar et ab illa petam ut ad Pardalan ipsum admittar.

— Operam, inquit Herodianus, non perdes, nam deploratos ægrotantes sanat, caecis lumina et aures surdis reddit, e Tartari tenebris numina conuocat aut ad bona aut ad mala facienda. Cuius magia sine fine est, famaque in toto orbe terrarum claret. Sed ego, pro uirili parte, tibi præsenti, sis, aliquid magiæ experiri possum.

— Herodiane, inquit C. Dexter, oro te, hæc enim causa uocationis erat.

Surrexit magus et a seruo petit ut restim daret. Cum restis tres pedes longa esset, Herodianus æquis partibus duabus eam

complicuit cuius in medio nodum adduxit. Duasque restis ultimas partes corripuit, nodum ori adtulit et inspirauit dicens magicam uocem: “ABRASAX”.

Subinde nodus delapsus est et reste modo una tum dupli, duæ pedem et dimidium longæ factæ sunt. Sine mora Herodianus a manu sinistra alteram deiecit, quæ restis statim humi uiuescere uisa est. In lithostroto enim eam multos orbes spirasque uoluentem uidimus, erat colubra! Restis, mehercule, colubra facta est, per humum serpens!

Horror fit, sed Herodianus, cum dextram aperuit, pro altera reste falconem tenerum ostendit qui stridulus alis expassis ad colubram se proiecit. Auis illa, postquam orbes colubræ unguibus arripuit, ex atrio pernix alis effugit, quam per compluuum domo exeuntem uidimus.

— Hoc est, inquit Herodianus, domine Tiburti, aliquid disciplinæ Colchæ quod spero tibi placitum.

HIC FORTITER
CONGLUTINA

dissipabis, sicut res familiares tuas perdidisti.

— Minime, aue mi, inquit Vibianus, rem meam profundam. Post hos menses intellexi beatam uitam non uilem esse. Vetilia, quae puella maximi iudicii est, constituit ut ad res redintegrandas me adiuuaret.

— Tibi, inquit Vetilia, argumento sit me credere Vibianum animi maturorem esse, quod eius nuptialem petitionem non recuso. Potes, Honorate, eius nimium in expensis studium uituperare, sed confiteri debes eum probum esse et tibi pietatem demonstrauisse. Maximus nepos tuus est praeter exspectationem. Auienus enim, quem plus aequo amabas, quia in eo delineamenta oris tui cognoscebas, quod erat monstrauit, id est portentum. Non enim dubitauit quin patrem, matrem sororemque interficeret, non ueritus ne, Pardala socio, temptaret ut te de medio tolleret. Incredibili felicitate, Tiburtius noster eius funestum consilium patefecit et persuasit me ad rem discutiendam adiuturam, dum simulationi uestræ adsum. Non rursus me

Sed nullum auxilium mihi dare potest, nam hodie mane Roma in Etruriam profectus est. Adde illum superbissimum esse, atque etiam, ut ferunt, aere alieno oppressum. Cui iste, rogo, pecuniam debet? Vetiliae, ecastor! Unam uero spem habens se Vetiliam uxorem ducturum et nouas tabulas facturum, illam ambit. Est immunis ac cupidus homo. Non mihi placet. Postremo ab Etruscis alienor, quorum multi sunt qui in portentis credant et inuidiosa sacra colant et magiam tætram.

— At tamen, inquit C. Dexter, Paulina carissima, cum magia ad iuuentutem redditam adtinet, consentiens de beneficio eius mihi uideris.

— Inter se, inquit Paulina, differunt. Si magia bene uales et reuirescis, in ea utilitas ac beneficium est. Quod ualde cum Tuscis maleficiis discrepat. Nonne es, mi Dexter, tam intellegens quin rerum subtilitates percipiias.

— Certe, inquit C. Dexter, percipio, sed præfiscini dixerim Pardalæ magiam in



committam in fidem magorum uanitatibus et ualidissime opto te, Honorate, diuturnam adeo aetatem acturum ut pronepotes, quos ego et Vibianus perlubenter gignemus, cognoscas.

[Librum de Carmine Medeae Stolo scriba feliciter perfecit.]

nostram tantum credulitatem inniti et decet te animo sedato id oblectamentum habere. Etenim longe abest ut existimem aliqua re potionem magicam uigere nisi nos oblectet.

— Quid dicas? clamauit Paulina fronte contracta. Num, ecastor, de magi artibus dubites? Sciunt omnes carmine Medeæ uires quibus omnia reuirescant esse datas. Nonne Metamorphoseon libros Nasonis legisti? Vates ille in miris uersibus Aeson, canum Iasonis patrem, Medeæ ope reuirescentem describit. Nimirum ego locum non semel legi, sed non satis potionis magicæ singulas stirpes enarrat quibus est composita. Etenim poeta tantum erat.

— Papæ! inquit dominus miratione exsiliens, recte dicens, Paulina. Noui scilicet libros Nasonis, sed huius loci de Medeæ fabula oblitus eram!

— Ego, inquit Paulina, non obliuiscor. Utique totius operis est locus qui amoenitate quam maxime placet...

— Aha! inquit C. Dexter, Paulina

Pardalas fugere coepit. Super nos iam iaculum sibilans iuit et magus mortifere ictus in suggestum corruit. Omnes oculos in locum unde telum missum esset conuertimus et uidimus aruspicem Vibianum!

Sed mirationi mirationem addebam, ubi sub lecto lente surgentem conspexi Honoratum ipsum. Erus meus post eius falsum lapsum seni se substituerat.

Vibianus, prodigus nepos ille, ad senem Honoratum cucurrit quem in subleuatu adiuuit atque studiose alter alterum complexus est. Tum animaduerti Vetiliam iuuenem procum aliter inspicere. Frons enim rubens atque subrisus apertus mihi demonstrabant illam pietatis, qua auum aruspex amplectebatur, non negligentem esse. Sed hæc momentorum series senem perturbauit qui ad lacrimas ire coepit.

— Me miserum! inquit Honoratus. Quam dirum fatum. Omnes, qui mihi carissimi erant, taeterrime decesserunt et tu, Vibiane, solus mihi restas. Tu qui bona mea

adiuuit ut in sarcophago sterneretur. Postea magus e sinu phialam protulit, cum facem porrectam prehendebat, ignemque intulit sulphuri quod sarcophagum circumdabat.

Post fumosam et asperam caliginem magum uidimus de phiala aliquid defundentem, dum barbara carmina demissa uoce canit:

— Obtestor te, triforis Hecate, adiutrix artis nostræ, Eulamo Abrasax Lampsamero, ut reuirescat qui annis emarcuit. Iuuentus in eum redeat, tamquam e phiala guttae destillant. Eulama Abrasax Lampsamero. Reuirescito, cito! cito!

Derepente uehemens crepitus auditus est et uagitus nos oppressit. Baculum buxeum tergo alicuius fractum erat! Caligine discussa, in sarcophago se erigebat... Gaius Dexter, qui canam barbam ficticiam ac pendulam in pectus gerebat et exanimatum et uestitus æque se in brachiis adulescentem Auienum gestabat.

Intellegens se ad incitas redactum

carissima, hos uersus nimis extollis, potius dicam hos uersus cupiditatem æternæ iuuentæ pulchritudinisque seruandæ plurimum commouere. Sed quam rationem adferre potes, quamobrem Pardalas semper uiginti annos natus non sit? Quid magis alienum quam ut tale carmen nouerit quin eo fruatur.

— Medici, inquit alacris Paulina, et morbo deceidunt. Quid de Pardale rationibus sciam? Fortasse satis superque habet se quadragenarium esse. At quis uere nouit quid ætatis sit?

— Agedum, inquit C. Dexter subiratus. Carpe, Paulina, hodiernum diem. Sed si tantum Pardale arcana periclitari uis, ei roga ut Heliodorum tuum ueterem pedagogum iuniorem faciat. Et si bene rem gesserit, ego, Medius Fidius, postulato tuo operam statim dabo.

Quibus uerbis offensa Paulina erum meum nugatorem dixit quem repentine, dum domo sine respectu exit, discessit. Quam C. Dextrum in mulieribus petendis imperitum!

adprehendere iuberent. Necessarium enim sibi esse ut etiam minutatim cogitaret.

Quarto die postquam Volsiniis discessimus, apud Pardalan Honoratus honoratior fuit et frequentiores fuimus quam priore uice fueramus. Sic enim fama magi in ore omnium erat ut coniuæ ad uocationem eius festinarent. Missus a domino, qui domi ut lectori uacaret manserat, ego oculos ridentes ad formosissimam Nonniam Paulinam inieci, quae in inuidia apud amicam suam etiam erat. Neque autem subrisus continere poteram, quia senex paedagogus Heliodorus, ut dominus meus suaserat, eam comitatus est.

Senex tamen Paulinæ id consilium sibi odiosum haud facile ferebat ut quinquaginta annis iunior fieret. Immo Honoratus renouamen suum tamquam tristis fati in suos remedium æstimabat. Cena exacta, ad magicum artificium transire statuimus.

Sicut prius fecerunt, aulæa reducta posticam triclinii partem detexerunt et in

poscit. Modo obscura uerba rursus accepit. Hem, domine, sis, haec lege!

Legendi cupidus papuraceam scidam erus euoluit et nobis legit:

*'Egreditur tectis vestes induita recinctas,
Nuda pedem, nudos umeris infusa capillos,
Fertque vagos media per muta silentia noctis
Incomitata gradus.'*

Cum C. Dexter legendi finem fecit, nobis sic hos uersus Nasonis esse indicauit ut mihi ostenderet libros, quos hoc mane Paulina commemorauerat, se nouisse.

— Hac nocte, nuntius suscipit, paulo ante medianam noctem, cum nos omnes obdormiremus, repente exsuscitatæ sumus, ianua ter et uehementer pulsata. Tædis accensis, Septimus eri filius ianuam aperuit et hanc scidam ianuæ pugione infigi uidimus, sicut scida abhinc dies quinque infixa erat. Honoratus tum uenit, uerba legit et percommotus uisus, dixit minas imminere et

Puella sicut illa mihi rogaret lunam deponere ut sine mora in Thessalam uel in Colchidem adirem ut carmina sagarum discerem quibus, ut ferunt, lunam in marium uel fontium aquas deponere possent. Erus meus immo nimium ratione utitur quam ut muliebres amores excitet. Et præsertim stultitiam Paulinae ridere et irridere coepit.

Horis tribus post alter domum adiit. Tabellarius erat qui exhaustus ac debilis uidebatur quasi magnis itineribus quam breuissime ad nos contendisset. Postquam is iussu domini laetus et cibo refectus erat, exedrio Diana est receptus.

— Mihi, inquit tabellarius restitutus, Natali nomen est et erus meus, Honoratus Volsiniensis, iussit ut quam citissime ad te contenderem. A uilla profectus sum paulo post mediam noctem. Oportet te Volsinias uenire sine mora. Erus mihi dixit in te abhinc quattuor dies incedisse qui de insolita carminis Colchi re tecum colloqueretur. Credit enim se in periculo esse et opem tuam

suggestu sarcophagus paruit, res nobis summæ curæ mirationem ac metum mouens.

Dubitabam quem ad modum Pardalas Honoratum iuniorem redderet atque, momento temporis, timui rem seni incommodum exitum habere. Nam, si erus recte sapierat, haec artificia erant illusio. Ergo aut Honoratus socius Pardalæ erat aut Pardalæ ludibrium erit, quod horrorem mihi mouit.

Cum magus in podium agili ac felino pede progressus est, interim Honoratus surrectus est, sed lapsus est. Enixe, dum abollam extergit, surrectus est et haud facile risus continuimus. Audiui Vetiliam maligne susurrantem seni profecto reuirescere opus esse, quoniam male cruribus insisteret.

Magus senem baculo buxeo, cuius ansa eburnea erat, nisum uocauit ad ascendum in suggestum. Cum Honoratus podium adtigit, Pardalas ei manu auxiliatus est, nam gradum ascendere seni magni molimenti erat. Validus seruus Honoratum

sagam exsurrexisse et fore ut illa feriret. Postremo horrore captus in solium collapsus est et mihi imperauit equis incitatis adire ut ad se uenires. Adsum. Noli, quæso, plus morari. Necesse est ut Volsiniis ea nocte simus. Eri imperata et in itinere, si properabimus, horas decem minimum consumemus. Igitur maturato opus est!

Duobus uehiculis paratis, hora octaua ineunte Porta Fontinali Romam dereliquimus. Ab hac porta, uia Flaminia ad septemtrionem uolauimus, Tiberi a sinistra, dein flumen ponte Milvio transiimus, postremo abhinc uia Cassia uersus Volsinias iter fleximus.

Velocissime ibamus, propter munitionem uiæ quæ planities et collium iuga recta transibat. Villas stramentis tectas uapores emittentes et naturam locorum iniquam summos montes niuosos hinc illinc præbentem procul uidebam. Triste caelum et nubibus onustum breuiores diem faciebat quae tamen, mense Ianuario exeunte, non adeo amplæ erant. Atque, cum maxima autem

quadraginta uel quinquaginta annis me reddiderit, Pardalas, qui beneficium pro iudicio secundo, me in Cappadocia iudice, mihi debet, nouam spem mihi dabit me alteram uxorem ducturum et noua prole aucturum.

— Id, inquit C. Dexter, non facies. Noli fateri te magiæ Colchæ credere. Ridiculum est.

— Per Mineruam! inquit Honoratus quid operæ perderem, si Pardalæ uiribus crederem?

— Me testem, inquit C. Dexter, talis fallaciæ fore recuso. Quod si uiribus Pardalæ credere uis, solus credas. Cum huic simulationi concedas, ego tamen domi legam. Sed, cum scire cupiam quem ad modum Pardalas te iuniorem faciat, eo Stolonem meum mittam, qui mihi hanc transfigurationem fideliter referat.

Ex tumulis iam profecturi sumus, cum dominus magistratibus Volsiniensibus petiuit ne aruspicem Vibianum ante proximas Idus

— Nostine, inquit Honoratus, hunc aruspicem? Num Vibianus fuit?

— Fuit, inquit puer, domine Honorate. Aruspex Vibianus mihi uidebatur qui, ut uidi, Auieni corpus portauit, dum per multos tumulos longius pedem fert. Ubi sacerdotis uestigia reperire potui, illum ante hunc lebetem stantem uidi. Omnino horrui nam corpus Auieni sciderat, cuius partes in lebetem iniiciebat atque, cum eo quod taetre fecerat contentus esset, submissim ridens profectus est.

— Optime, inquit C. Dexter, tandem sontem tenetis. Sic, miser Honorate, nemo tuam hereditatem adibit. Vibianus in carcerem ibit et morte multabitur. Tum tibi nihil aliud restabit nisi decessum tuum expectes ut heredibus generis tui patrimonium transferre non possis. Quantum terribile fatum!

— Falleris, Gai!, inquit Honoratus, dum eius manus adprehendit. Habeo unam optionem, carmen Medeæ! Cum iuniorem

itineris pars nocturna esset, in hoc mensis tempore luna nimis noua erat quam ut uiam illustraret. Praeterea frigidus Aquilo mihi faciem percutiebat adeo ut gelu torperem. Sed ad sessus ad latus eri me tutum sentiebam et equos tres animo paululum refoto agitabam. C. Dexter uero cadurco molliter indutus ad orientem niuosos montes prospiciebat.

Cum medio fere itinere Sutrium adpropinquaremus, nox appetiuit. Quo in oppido equos mutauimus et uires cibo refecimus. Stationarius nobis dixit caendum esse, nam ab aliquot mensibus latrones eis qui uia Cassia iter facerent pecunias imperare nisi interficerent. Hos putabat in uicinis et ueteribus tumulis delitescere sed, quamquam uexillatio eos adprehendere iuberetur, latrones adhuc prospere effugisse. Quod mercaturis damnosum esset, quia non tantum eos, qui soli peregrinarent, sed mercatorum agmina et etiam annonaria adtentarent. Ex eo intellegi poterat quantum se munitos sentirent et magistratus tutissime ludibrio haberent.

uidi. Etenim pauidus senis uultus primum in patientiam deinde in iram uersus est. Colloquio exacto, Honoratus si non sedatus, at saltem paratus ad sequenda eri mei consilia uidebatur.

— Noli, inquit C. Dexter, ægre ferre si occulo, sed ut optime rem geram, tui, mi Stolo, indigeo. Nam nescius inuentionum mearum, mihi maximo auxilio eris.

Post dimidiā horam, cum ego et C. Dexter Romam profecturi essemus, eques in cohortem uillæ irrupit et Honoratum appellauit.

— Domine, cito! Res grauissima ad tumulos accedit.

— Grauissima res? inquit Honoratus. Dic, miles!

— Auienus, inquit miles, nepos tuus...

— Quid! Di boni! Noli mihi dicere illum et imperfectum! Erat suprema tutela familiae meæ.

— Gelida, inquit C. Dexter primi nuntii uerba memorans, senectus calida

solidioribus quam exilioribus circumdatum magis animo quam oculis conspiciebatur. Cum ad tumulos, qui uiam praetexebant, peruenimus, Honorati nuntius uiam inflexit et semita, quæ ad magnam domini uillam ferebat, cisum duxit. Cum uehicula nostra duo ad uillam descenderent, eam facibus illustratam uidere miratus sum. Qui hic incolebant, non, ut credo, dormiebant. Aliquid insoliti hac noctis hora suspicabar, quasi res incommoda acciderat. C. Dexter quoque inquieto animo esse uidebatur et Natalis, ut equos festinaret, creberrimis stimulis flagellans, ea quae timueram confirmabat. Et ego idem feci adeo ut uehicula nostra in cohortem uillæ una uelocissime peruenirent.

De nostris curribus exsiluimus et ad ianuam uno cursu contendimus. Quae ianua non clausa erat et, cum intraremus, nonnullos in atrio se congregantes uidimus. Cruentus autem uir in subsellio recubabat, quem flens mulier et Honoratus et Auienus, nepos eius,

Stationarius igitur ad pernoctandum in deuersorio suo nos inuitauit. Et, cum crasso subrisu os diuideret, nobis dixit facillimas puellas lætitia noctem condituras, tanto enim magis expediuisse nos cum teneris puellis quam cum duris latronibus noctem agere. Sed illi dominus dixit sine mora nos quam celerrime Volsinias adtingere, ex quo fieret ut nobis miseris non liceret lautitiis hospitiū uteremur.

C. Dextro, ut etiam confiteor, ut uiro clarissimo, cordi non erat in stabulis pernoctare, immo autem ut Volsinias perueniremus maturato opus erat. Vetus enim Honoratus nos exspectabat. Vehiculis nouis equis iunctis, frigida cena breui sumpta, iter obscura nocte, quasi sine luna, cum sidera nictantia super nos lucerent, redintegravimus. Reliquum autem iter perfecimus neque in malos latrones incidimus. Secunda uigilia exeunte, tandem ad Volsinias aduenimus.

Priscum Tuscum oppidum colli superpositum et ueteribus moenibus

iuuentute innititur... Ecce prædictio acta est et tibi aliud nihil restat nisi spem in carmine Medeæ ponere.

Priusquam Romam rediimus, ad tumulos Volsinienses iuimus. Inter duo monumenta in grumo magnus lebes stabat circum quem nonnulli magistratus, iudices, principales se congregabant omnes horrore silentes. Auieni puer pallidus quid uidisset enarrare coepit.

– Via inter ordines tumulorum transit. Tum duo uiri se monumento e marmore tutabantur. Cum dominus adulescens Volsiniis exiuit, postquam nomen consobrini Vibiani Clusini detulerat, a uiris duobus impugnatus est. Ego autem in fugam me dedi et post cippum configui. Latrones duo eum ex equo eiecerunt atque, dum alter post tergum eius manus continet, alter sicam in latus infixit. Duo latrones fugerunt, Auienus humili prostratus iacebat. Cum e latebris ut ei appropinquarem me inlatus essem, interim quidam uir paruit aruspex.

et quædam puella et pinguis uir spisse circumstabant. Paulum separatae ab his nonnullæ ancillæ hydrias et pelues et pannos ferebant. In angulis atrii serui stabant qui tædis rem illustrarent.

Pinguis homo ancillis imperauit ut properarent calidam aquam adferre. Ille, ut opinabar, medicus erat. Ut introiimus, confestim Honoratus ad nos respxit et, cum C. Dextrum cognouisset, uultum grauem præbens nos nutu inuitauit ut appropinquaremus.

– Opportune uenisti, inquit. Curam miseri Tarquinii agimus, qui Septimi filii seruus est. Patet enim in latrones, qui in uicinia uagantur, illum incedisse et filio timeo. Profecti erant Volsinias ut instrumenta reficerentur et noua emerent. Nos tota uespera usque magnam noctem exspectauimus donec redirent, et nunc, modo, priusquam uenisti, in cohorte equinum gradum audiuius. Tum exiimus et hunc miserum Tarquinium cruentum et in tergo

sic detruncatus est? Primum ut latronum manum timeamus. Deinde nobis intellegendum erat Tarquinium sinistra manu mutilatum esse ut ducamur ad quemdam qui eum nosset et, ne male intellegamus, latrones Septimum aperte immolauerunt, tamquam hostiam aruspicinam. Clare enim Vibianus nobis est sons designatus et reus capitis. Ex quo fit ut quidam amplius huius familæ iam deminutæ demptus sit.

– Deminutæ, inquam rei discrimen intellegens, et quæ se ipsam lacerat, quia Honoratus et Auienus Vibianum noxiun pro certo habent.

Subito C. Dexter renidere.

– Omnia, inquit, edepol, intellexi. Scrupulum unum impediebat ne caperem. Res quæ etiam fieri non poterant cribraui et quæ inueni, ut non credi possent, tamen sine dubio uera sunt.

Dominus ad Honoratum se intulit qui cum eo solo colloqui uellet. Procul faciem senis mutantem prout C. Dexter loquebatur

et ad Volsinias, puero comitante, equum incitatissimum emittentem.

— Honoratus, inquit C. Dexter, et Auienus idem iter faciunt.

— Quid ais? inquam.

— Nonne Tarquinium, inquit C. Dexter, detruncaisse et miserum Septimum tanquam hostiam humanam sacrificauisse ducunt ad aruspicem accusandum?

— Non intellego, inquam.

— Qua re, inquit C. Dexter, Tarquinius, cum nihil nosset, detruncatus est? Potuimus enim cum eo colloqui adeo ut abnueret adnueret, quia aliud facere non poterat. Sed ex illo tantum obtinere potuimus quantum iam nouimus uel coniicere potuimus. Nesciebat, mehercule, an dominus suus uiuu utrum mortuus esset. Ne plura dicam, non necesse erat eum detruncare.

— Recte dicas, inquam, sed fortasse male eum interrogauimus?

— Minime, inquit C. Dexter. Eum duas fere horas interrogauimus. Qua re igitur

equi considentem conspeximus.

— Ad se, inquit medicus, redit.

— Cito! inquit Honoratus in Tarquinium se proclinans, cito! loquere! Quid accidit? Nobis dic num meus filius in periculo sit. Tarquini, quaeso, animum collige! Age, loquere!

Totis membris trementibus, seruus oculos maxima formidine injectos uoluebat et sanguis ex ore fluebat. Cum quid faceret nesciret, pedes manusque huc illuc mouebat et medicum a se uehementer repellebat. Deinde spasmatisbus quassus est quem medicus immobilem continere temptabat. Quod non sine molestia effecit. Denique Tarquinius animo sedatiore fuit et madidum linteum per os ductum est. Tum ego horrore ualde captus sum, nam omnes digitos sinistram manus praetruncauerant. Sed omnium deterrium erat illum loqui non posse, quia ei lingua euellerant.

— At, inquit Honoratus pauens, quis id faceret? Quantam atrocitatem! Miser

— Eumne, inquit C. Dexter, tu nosti?

— Pardalan, inquit Honoratus, certe noui. Cum in Capadocia eram, rei, in qua reus erat, iudex fui et, cum a me crimine liberatus esset, eum in amicitiam recepimus. Nunc Romæ adest et die quo ibi eram ad eum ueni cui primam scidulam ostendi quam, si meministi, in domo Quintiliani legeras. Magus ille ad saniora consilia me conuocauit ut animo quieto aliud curarem. Et iam tantis calamitatibus lassus sum, in cubiculum e proximo et nurus et neptis iugulatae sunt. Latrones enim, qui uiginti fere erant, rara ferocitate fuerunt, sed, Gai Tiburti, metu me libera, nonne carissimum filium Septimum inuenistis? Quanti pro redemptione uolunt?

— Filius, inquit C. Dexter, eheu, e medio excessit. Auienus Vibianusque tantum, nepotes tuos, reliquos tibi sunt.

Miserum Honoratum in mærore reliquimus et ad Auienum rediimus, qui corpori matris mortuæ innitebatur.

— Hoc facinus inultum, inquit Auienus

Honoratus autem misericordia miseri captus quaesiuit ut eum interrogare desineremus, cui ut cubitum iret iussit, quod idem omnes fecimus.

Postridie mane, ante albens cælum, equites quinque ex uilla profecti sumus ad Septimum inquirendum. Tarquinius et Natalis, qui alterum equum loro trahebat, agmen ducebant, post eos ego et adulescens Auienus et C. Dexter ibamus.

— Dii, inquit Auienus, preces meas audiant! Tota nocte precatus sum ut nihil graue patri accideret. Utique latrones ex redempzione patris quæstum maius facient. Ex quo fit ut sperem adhuc incoluem futurum.

— Non iniuria, inquam ei solatium dans, speras. Cur enim latrones patrem de medio sustulissent, si ex eo uiuo pecuniam maximam petiuissent? A Tarquinio scimus latrones hinc non esse, ergo arbitrio suo uel animi causa tantum eum interficere poterant.

— Minime, inquit C. Dexter clamans,

Tarquini! miser Septime! Quo in habitu meus filius uagatur?

— Quod si, inquit medicus, loqui non iam potest, nobis interrogantibus nutando respondere potest.

— Vel, inquit erus meus, scribere potest. Nonne litteras scis?

— Scit, inquit Honoratus, Tarquinius sicut omnes serui familiæ meæ scribere scit, sed uideto ut latrones digitos eius truncauerint.

Ægrum et molestum fuit miserum Tarquinium per duas horas interrogare. Quibus horis exactis, certiores facti sumus latrones Tarquinium et dominum, cum Volsiniis redirent, adortos esse. Quorum neminem notum esse, nam eos loci non fuisse. A domino suo Tarquinium separatum esse, sed an ille uiuus utrum mortuus esset nescisse. Taeterrime mutilatum a latronibus in equum subiectum esse et equum ipsum in equile redire. Seruus autem poterit nos in eum locum, ubi impugnati fuissent, ducere.

resurgens, non sinam. Scio qui satis insanire ut hæc facinora facere possit.

— Nonne, inquit C. Dexter, de Vibiano consobrino tuo dicis?

— Dico enim, inquit Auienus. Sic alieno ære oppressus ut, mehercule, nostra bona usui sint. Tarquinium scœuam esse sciebat, patrem sicut hostiam fecit. Hic aruspex barbarus est et ad magistratus Volsinienses statim adeo ut eum cædis auctorem deferam. Nimis sæuus est quam ut patria nostra quieta sit. Expostulatione audita, in eum inquirant. Omnia satis sunt. Nostra familia quasi deleta est et, antequam finis noster erit, mihi agendum est. Tibi, Gai Dexter, gratias ago te aui uocatu uenisse, sed cogor ut existimem te nullam opem nobis dare potuisse.

Liberalem ingenuamque, ut ita dicam, iram de eo adulescente percipiebam qui, Medius Fidius, non plane fallebatur. Etiamsi nouissima eius sententia domino iniqua ac molesta erat. Insilientem equo Auenum uidi

minime gentium, mi Stolo! Non tam inconsulte latrones fecerunt. Tarquinium ad uillam uiuum et adeo mutilatum miserunt ut nihil aliud nisi formidinem nobis impertire posset. At tamen dubito sitne nobis res cum latronibus qui animi causa tantum agricolas in uincia perterrere uelint.

— Qua re, inquit Auienus uix lacrimis temperans, domine Gai Tiburti, existimas hos latrones uelle plus quam nos perterrere? Censesne istos patrem necauisse? Qua re?

— Quid censem, inquit triste C. Dexter, tam atrox est quam spero me erraturum. Sæuitias erga Tarquinium in tres minimum causas interpretor, quarum prima est formido uel crudelitas ad quas tu, mi Stolo, atque Auienus, Honoratus ceterique reciditis, secunda subtilissima, peream nisi ad me pertineat, tertia uero, quamquam præmeditata non erat, ex aliis duobus emanat.

— Quid, inquit Auienus, domine Gai Tiburti, tibi uis?

— Intelleges, inquit C. Dexter. Sed ad

coniecit sicuti se tandem in tuto esse confidere uellet. Deinde sedatiore animo lacrimare coepit.

— Honorate, inquit C. Dexter, mihi dic omnia. Scire uolo qua re in te tantopere exsecrentur. Quid fecisti ut tantum odissent?

— Vibiani impensis, inquit Honoratus, cum iunior erat, obstiti, eique ne decoqueret uim interdum adtuli quod tamen ad beneficium eius faciebam. Nobilis enim est in ciuitate sua et latronum manum ad utilitatem suam conducere potest. Roma heri est reuersus et post decessum meum et Auieni ad eum uillæ hereditas ueniet. Sed ei obstabo. Nolo res familiares meas ad eum prodigum adeant.

— Sed, inquit C. Dexter, cur uersus ad fabulam Medeæ pertinentes?

— Aruspex est, inquit Honoratus, cum deis colloquitur. Futuras res ex extis scit et arcanis rebus ualde studet. Certior factus sum istum ad Pardalan magum, qui talium artium magister est, se contulisse.

uxorem, et Vibiam Oppianam, filiam illorum, quae tam atrocissime interfectæ erant ut uultus maximos pauores nobis indicarent. Sica scidulam in pluteo figebat quam erus meus cepit et legit:

*"Umbrarumque rogat rapta cum conuge regem,
Ne properent artus anima fraudare senili."*

C. Dexter tum in cubiculum contingens irruit, in quo Honoratus dormire solebat. Hic senex sub lodice tremebat et misericordiam uiuus, incolumis implorabat. Erus meus lodicem adtraxit et senem pauore pallentem uidimus. Oculis hiantibus huc et illuc circumspiciebat qui conuulsionibus quassus erat.

— Miserere! inquit Honoratus. Miserere! Noli me necare! Sine me!

— Agedum! inquit C. Dexter, sum Gaius Tiburtius! Noli timere!

Senex ille in dominum meum oculos

hoc efficiendum mihi opus est, Auiene, aperte interrogare. Quis, uobis omissis, cum dico uobis, dico quocumque Tarquinium familiariter, quoad scias, noscente, quis ergo, uobis omissis, seruum scæuam esse sciebat? Cum aliquis impedire uellet ne loqueretur, ei lingua auulsa erat. Sed immo etiam ad uitandum ne scriberet, digitæ sinistrae manus praetruncati erant, ergo hos latrones, aduenas uel alienos, certiores fieri necesse erat Tarquinium litteras nosse et scæuam fuisse. Ex quo fit ut isti in consilio alicuius Tarquinio familiarissimi consortes sint.

— Me, inquit Auienus suspirans, aperte interrogasti et satis horresco. A tota familia scilicet notus est Tarquinius atque qui unus nobiscum non incolit et eum nosse potest est consobrinus meus Vibianus.

— Iuuenisne, inquit C. Dexter, haruspex Clusinus, qui meam Vetyliam adsectatur, consobrinus tuus est? Optime.

— Ita est, inquit Auienus. Vibianus Vibiæ Septiminæ amitæ filius est, quæ et soror

Tusco obmotus erat. Latrones isti certe barbari rara crudelitate erant! Quae causa talis atrocitatis esset? Cum Auienus et Tarquinius nobili animo flerent, Natalis ille serenum cælum inspiciebat quasi responsa petebat. Ego uero in feretrum oculos defigebam neque ea mente dimouere poteram quæ Septimus passus esset. Mihi autem fauces angore arebant et oculi tremebant. C. Dexter ille ne affectum quidem præter animi duritiam et impatientiam, quæ sapientibus conueniunt, ostendebat. Ad se ipsum animum aduocabat, excogitans.

Post dimidiad horam equitem ad nos uenientem uidimus. Calcibus equum magnopere incitabat et manus agitabat. Cum nos adtingeret, de equo exsiliuit et contra Auieni equum se proiecit, qui equus metu exsultauit.

— Domine, inquit eques examinatus, domine, cito, cito! Statim oportet uillam redeas! Horribiles res accederunt. Latronum manus uenit, uillam obpugnauerunt, horreis

— Nonne, inquit C. Dexter, hic Vibianus ære alieno oppressus?

— Vetylia enim, inquit Auienus, eum tenet. At qui nouisti? Plurimi agri, uinetæ, oliueta, quæ inter Clusium et Volsinias panduntur, Vetylæ sunt. Consobrinus autem Vibianus qui supra uires suas facere semper uoluit, cum illa æs alienum grande contraxit. Paulo post parentum decessus, quoniam ditissimus heres Clusinus erat, magister haruspicum creatus est. Quod superbius tulit et patrimonium profundere coepit. Consilium, in quibus Honoratus auus, festinanter conuenit et statuit ut omnia profusa bona in curatione agnatorum sint. Dum enim minor uiginti quinque annis esset, non æris alieni periculum ingrediebatur, propter leges quæ hos contra illiberales credidores ac feneratores tuentur. Sed posteaquam uiginti quinque annus fuit, ei licuit prodigalitate sua flagraret. Præterea interim auus inter comites legati pro prætore in Cappadociam profisci debuit.

Septimi patris et filia cui Honorati erat. Abhinc uiginti nouem annos Marcum Porsennam e proceribus Clusinis nupsit. Ambo eodem die iam sextum fere annum decesserunt.

— Quæ, inquit C. Dexter, causa decessus fuit?

— Morbo, inquit Auienus, ut opinamur, decesserunt, qui uentre tæterrime laborauerunt.

— Eodem die? inquit C. Dexter.

— Eodem die, inquit Auienus. Post epulum Apolloni Medico uotum. In spatio unius mensis, Augusto mense, abhinc quinque annos, atrox pestilentia Clusium et uiciniam inuasit. Omnes morbo uentris peribant et maligno fato, paulo post piaculum, auunculus et amita e uita excederunt. Cum pestilentia tum praeualuisset, non tantum auunculus et amita eodem die perierunt, ex quo factum est ut nemo eos ueneficio interfectos putaret. Utique nemo de hoc censuit.

ignem tulerunt, ædicas inierunt. Mihi otium tantum fuit equo insilire ut ad te uenire. Pro di immortales, festina!

Cum Natalem, Tarquinium, nuntiumque cursu confectum Septimi mortui custodiae reliquissimus, ad Honorati praedium concitatissimos equos emisimus. Auienus adulescens primus admisso equo uehebatur, post eum C. Dexter ibat quos ego, quantum poteram, sequebar. Etenim, cum ego minus quam ei peritus equitandi essem, equus meus ad imperitiam meam accomodatus non animosior erat.

Cum uillam in conspicuo haberemus, animaduerti eam sine dubio esse impugnatam. Serui enim in ignes horrea inuoluentes aquam immittebant, in cohorte uulnerati uel occisi equi iacebant, uillæ fores refractæ erant, e quibus lugubres uociferationes emanabant.

Ancillæ enim in limine cubiculi gemebant, cuius in lecto sanguinolenta et siccis perfossa corpora duo e transuerso iacebant. Cognoueram ego Oppiam Auienam, Septimi

— Ut quo munere, inquit C. Dexter, fungeretur, auus tuus inter comites Legati pro prætore fuit?

— Honoratus, inquit Auienus, senectute sua iudex maxime probatur. Etenim iuris prudentissimus et peritissimus est. Itaque cum filius cuiusdam ex amicis Cappadociae legatus creatus esset, is illi rogauit ut in consilio suo esset. Cui rei auus adsensus est et me se comitari uoluit ut tirocinium meum agerem. Sed, ubi ex oriente rediimus, consobrinus Vibianus Vetiliae tantum beneficio supererat, cui omnia bona obligauerat. Inde desperanter eam petiuit, solam in nuptiis spem collocans. Sed eum a Vetilia deludi censeo. Di auerruncent!

Sed uixdum Auienus nummarias consobrini difficultates exposuerat, atque C. Dexter ad summum colle magna et patula arbore ornatum respexit. Erat quercus annorum centum. Nonnulli corui et buteo summam arborem circumuolitabant. Eodem tempore, Tarquinius in equo se agitans surdos

clamores edidit. Cum nobis arborem ostendisset, equis incitatis, ad collem uolauimus et tætrum theatrum nobis patebat.

Vir magno ramo suspensus manibus a tergo uinctis euisceratus erat. Non procul a trunco arboris graminea ara condita erat, in qua uiscus miseri combustum erat. Subito Auienus pallens metu exanimatus est. Tarquinius tristes horroris uagitus edidit et Natalis, formidine commotus, ad uirum equo cucurrit et domini Honorati filium, qui miser post nonnullas horas sine dubio mortuus erat, Septimum agnouit atque aues foedum epulum iam inceperant. At tamen lineamenta oris adhuc cognosci poterant. Ego uero, dum inhorresco, singultum edidi. Feretrum tum, quantum poteramus, post equum tractum fecimus ut corpus linteo obuolutum poneretur.

Silens et mærens grex, quasi miseri Septimi pompa, ad uillam reuertit. Quo modo tristis obitus Honorato diceretur? Filius eius tamquam humana hostia alicui truci diuo